Psalmus responsorius

Ps 33, 2-3. 17-18. 19 & 23 (℟.: 7a)

℟. Pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum.

2 Benedícam Dóminum in omni témpore,
semper laus eius in ore meo.
3 In Dómino gloriábitur ánima mea,
áudiant mansuéti et læténtur. ℟.

4 Vultus autem Dómini super faciéntes mala,
ut perdat de terra memóriam eórum.
18 Clamavérunt, et Dóminus exaudívit *
et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. ℟.

19 Iuxta est Dóminus iis, qui contríto sunt corde,
et confráctos spíritu salvábit.
23 Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum,
et non puniéntur omnes, qui sperant in eo. ℟.